



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Introductio Præliminaris Ad Tabernaculum Eliæ in via Illuminativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

INTRODUCTIO
PRÆLIMINARIS

Ad Tabernaculum Eliæ in via
Illuminativa.

THEOPHOBUS.



Vm Israelitica Gens pari
felicitate, atque labore
immundâ Ægypto pedem
extulisset, ductuque Moy-
sis sicco vestigio mare ru-
fecti.

Israelitæ
post transi-
tum maris
Mannâ re-
fecti.

brum pervadâisset, cœpit divina Bonitas,
consumptâ jam omni Ægypticâ farinâ,
caelesti mannâ esurientis populi famem
opsonare: jussitque, ut sexto die parent,
quod inferant, & sit duplum, quàm collige-
re solebant per singulos dies: quibus tan-
quam novis terræ sanctæ prælibatis de-
licijs alacriores reliquû viæ prosequerê-
tur. Emensi estis hætenus, dilectissimi
Fratres, difficiles viarû anfractus per Mo-
saiici Tabernaculi stationes mecû digre-
diendo. Verûm Sexta dies vobis lætior,
apponet divinæ consolationis manna,
quod degustando sensim cognoscetis,
quàm

Q3

quàm suavis sit Dominus inquirentibus. Agite igitur, pergamus hilares alterum ELIÆ Tabernaculum intrari. Fuit iste sacerdos magnus, & Propheta, solitudinis incola, fideus, devotione summus, fortis in tribus, in meditatione assiduus, in citatione disciplinæ rectus. Et quem modum Moyses oppressos Iudeos Pharaonica servitute exemit, ita Eliam Achab Tyranni, Sacrificulorum & petulantissimæ Iezabelis gloriosus victor existens, vos docebit. Et dum in Rege Achab, Carnem in Sacerdote Iezabel, & Dæmonem in Sacerdotibus dæmonum triumphare. Dicitur vos quoque trium Votorum obedientiam; ac primò PAUPER-TATIS, quod ipse congregatis centum discipulis, monasticam vitam in monte Carmelo (unde Carmelitarum nomen deprædicatur) professus: Omnia vites vincebat, quoniam pauper erat, & paupertatem ex mentis opulentiâ elegit. Secundò CASTITATIS, nam Virginitatem mansit, & illustris suarum viduarum numerum, qui nullis captus illecebris, omnino secundum corpus habitationem celestis conversationis obduxerat, mentis regens, carnem subiciens, & regis

Eliæ virtutes.

S. Isido.
Pelusi. l.
de ortu, &
interi.
Proph. 6.
55.

Consilior.
Evangel.
Religiolus
Observa-
tor.

S. Ioan.
Chrysof.
homil. 2.
ad pop. S.
Amb. lib.
1. de Cain.
6. 2.

authoritate castigans. Denique O B E D I -
E N T I Æ; jussus enim tantisper à facie
Achab, & Iezabelis infano furore se
subducere, *abijt, & fecit juxta verbum*
Domini. Vnde tandem in Illuminativæ
stadio exercitatus promeruit, per Vni-
tativæ, ad Deum curru igneo triumphā-
bundus evehi. Vos hoc triduo Elisæ-
um imitando, ne latum unguem ab
ejus tabernaculo discedite, priusquam,
sicut ille duplicem Magistri sui spiritum
postulando, ita vos triplicem PAVPER-
TATIS, seu frugalitatis, CASTI-
TATIS, & OBEDIENTIÆ
exercendo acqui-
ratis.

